



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

6. Citatio subditi existentis in loco exempto, an subsistat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Q V A E S T I O V.

Ordinarius an possit excommunicare sublatum in loco Exempto existentem.
 1. Absens excommunicari potest in & ex- 2. Excommunicatio est actus extrajudicialis
 stens in alieno territorio. qui extra territorium exerceri potest.

Pro affirmativa late respondit Federicus de Senis *Conf. 16. Col. 6. vers. ad factu-*
dam questionem usque ad finem antonomiasque solvit quas lib. 4. quaest. 110. attu-
 li, ratiocinaturque ab absente ad subditum in alieno territorio existentem: ut licet
 absens excommunicari potest, *cap. veritatis ubi glo. de dolo & contum. cap. Sacro de sent.*
excomm. Feder. conf. 11. cap. discernimus. 3. quaest. 8. cap. 1. §. aduciebatur de concess. preben.
lib. 6. ita &c in loco Exempto seu alieno territorio existens, id quod plena manu ab
 eodem Federico de Senis confirmatur *d. Conf. 16.* est enim excommunicatio actus
 extrajudicialis, qui extra territorium exerceri potest. *Franc. cap. venerabilis in p. m. 3. de*
sent. excomm. in 6. Eaque inno datus ubi vis terrarum manet alligatus. *Abb. cap. ad repre-*
mendum n. 2. de offic. ord. videlicet poterunt ea quae inferius in non ab simili quaest.
 scripsimus, qu. 87.

Q V A E S T I O VI.

Citatio in subditum in loco exempto existentem, an subsistat?

1. Citatio in alieno territorio non subsistit. *dictione iudicis citantis.*
2. Ab uno actu judiciali ad alium efficax est argumentum. 4. Subditus in alieno territorio citatus non comparens, fit contumax.
3. Citatio per edictum sumit vires à Juris-

Ratio dicitur, quia Citatio in alieno territorio non subsistit *And. Gail. l. 1. c.*
obser. 56. Responderetur nihilominus, citationem subditi in loco Exempto exis-
 tentis subsistere. *Feder. de Senis conf. 2. de Conf. 11.* idque ad instar sententiae quae sub-
 ditum in loco Exempto degentem afficit atque ligat, ab uno enim Actu Judiciali ad
 alium efficax est, & validum argumentum. *Feder. de Senis d. Conf. 11. cap. cum inter de*
except. cap. Pastoralis de offic. ord. cap. 2. §. aduciebatur de concess. preben. l. 1. proferendum §.
fin. Autem C. de iudicis. Confirmatur, quia citatio seu citationis executio quae fit per
 Nuncium, Epistolam, vel edictum, positum in loco Jurisdictionis citantis, sumit vi-
 res à Jurisdictione, de Jussu Iudicis citantis facto in loco debito, *Feder. d. Conf. 11.* ut
 proinde citatio verbalis extra Diocesim citantis facta vitari non possit, *l. 2. ubi in rem*
actio cap. Romana §. contrahentes de foro comp. Clem. unica de foro comp. Feder. d. Conf.
16. reddatque subditum in alieno territorio existentem contumacem atque immo-
 rigerum *l. 2. C. ubi in rem actio d. cap. Romana §. contrahentes de foro comp. in 6. l. omnes*
§. si vero C. de Episc. & Clericis Feder. de Senis d. Conf. 16. Quae de te vide etiam infra
 qu. 71. & fufe Barth. l. 1. n. 3. cum Apoft. ff. de Requirendis Reis, Consonant ea quae
 late adferuntur à Guido, Papa decil. 503. n. 3.

Q V E